



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. XXXIX. Quòd homo non sit importunus in negotiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

minum : audies nonnumquam diuinum responsum , & redies instructus de multis præsētibus & futuris. Semper enim Moyses , recursum habuit ad tabernaculum , pro dubiis & quæstionibus soluendis: fugitque ad orationis adiutorium , pro periculis & improbitatibus hominum subleuans.

**Mat. 6.** dis. Sic & tu configere debes, in cordis tui secretarium , diuinum inten-  
**Iof. 9.** tiūs implorando suffragium. Propter-  
 èà namque Iosue & filij Israel, à Gab-  
 baonitis leguntur decepti : quia os  
 Domini priùs non interrogauerunt,  
 sed nimiùm creduli dulcibus sermo-  
 nibus, falsa pietate delusi sunt.

## C A P. XXXIX.

*Quod homo non sit importunus,  
 in negotiis.*

**F**ILI , committe mihi semper causam tuam , ego benè disponam in tempore suo. Exspecta ordinacionem meam, & senties inde profectum. Domine , satis libenter tibi omnes res committo; quia parum potest

R  
G  
C

test cogitatio mea proficere. Utinam nō multūm adhærerem futuris euentibus, sed ad beneplacitum tuum incunctanter me offerrem!

2 Fili, sāpē homo rem aliquam vehementer agitat, quam desiderat: sed cūm ad eam peruerterit, aliter sentire incipit: quia affectiones circa idem, non sunt durabiles: sed magis de uno ad aliud impellunt. Non est ergo minimum, etiam in minimis, se ipsum relinquere.

3 Verus profectus hominis, est abnegatio sui ipsius: & homo abnegatus, valdē liber est & securus. Sed antiquus hostis, omnibus bonis aduersans, à tentatione non cessat: sed die noctuque graues molitur insidias, si forte in laqueum deceptionis possit præcipitare incautum. Vigilate & orate, dicit Dominus, vt non intretis in temptationem. Mat. 26 Pet. 5

CAP.